

CAROLI
CLVSII ATREB.
ALIQVOT NOTÆ
IN
G A R C I A E
Aromatum Historiam.

EIVS DEM

Descriptiones nonnullarum Stirpium, & aliarum
exoticarum rerum, quæ à Generoso viro FRAN-
CISCO DRAKE Equite Anglo, & his obseruatae
sunt, qui eum in longa illa Nauigatione, qua
proximis annis vniuersum orbem circumiuit,
comitati sunt: & quorundam peregrinorum
fructuum quos Londini ab amicis accepit.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini;

M. D. LXXXII.



ILL^u AC MAG^o³
DOMINO BALTHA-
SARI DE BATTHYAN
hereditario Regalium Dapiferorum in
Hungaria Magistro, & S. C. R. Q. M^{is}
Consiliario &c.

CAROLVS CLVSIUS A.

 O B I L E M virum Angulum;
proximis his tribus annis
vniuersum orbem circum-
nauigasse, V. Mag^{am} intelle-
xisse arbitror: celebris enim
fuit vbiique de eius reditu fama.

E A, dum superiore anno in Anglia es-
sem, me permouit, ut nonnullam familia-
ritatem cum iis ambirem, qui ipsum comi-
tati sunt, aliquid de rebus, quas in longa il-
la nauigatione obseruassent, cognoscere
desiderans: quod amicorum quorundam
sedulitate non modò mihi obtigit, sed ad
ipsorum Præfectum Dn. FRANCISCVM
DRAKE, nauis dominum aditū insuper ha-
bui, qui plurima humanissimè mecum cōtu-
lit. Multa præterea cum Nobilis quidā Eliot
cognomine, qui ei comes fuit, tum alijs ex

A 2 Drake

Drake familia auditu periucunda retulerunt: sed maximè grata fuere, quæ ad *Co-*
nivis studium pertinentia ab iis didici.

HORVM omnium, tum aliorum quorundam exoticorum fructuum, quos in Britannica ista peregrinatione acquisiui breues descriptiones, & nonnullorū etiam icones in rei herbariē studiosorum gratiam exhibere, atque ad Notas quas in *Garciae Aromatum historiam*, post tertiam editionem, conscripsi, addere volui, non minus gratas eis futuras sperans, aliis lucubrationibus prius in lucem à me editis.

CETERVM, quoniam V. Mag^{am} hu-
iusmodi rebus delectari scio, ipsius nomini
nuncupare libuit, cōfidens in insigni quam
instruit Bibliotheca, locum etiam illis in-
ter reliquos libros concessurum: & tenuem
istam, pro plurimis in me collatis benefi-
ciis grati animi demonstrationem boni
consulturum.

QVOD vt facere non grauetur, pluri-
mū oro, illi à Deo omnia felicia exoptans.
Viennæ Austriae, Cal. Ian. M. D. LXXXII.

CARO-

CAROLI CLVSII
ATREBatis IN ARO-
MATVM HISTO-
RIAM NOTÆ.


BETRE, Arece, & Índicas nuces
sive Cocos ferentis arborum icones,
ante multos annos in Belgium ad me
misit C. V. Alphonsus Pancius p.
m. Flmi. Ducus Ferraria olim Me-
dicus. Sed cùme eas fictitias esse exi-
stimarem, neque secunda, neque tertia editione, Aro-
matum historie inserta füere.

CVM superiore porro anno sermones conferrem
cum ornatissimo viro, multisque peregrinationibus
claro Dn. Fabricio Mordente Salernitano, qui ali-
quot annis Goa vicinisq. in Índia locis vixit, in men-
tionem earum arborum quæ istic nascuntur incidi-
mus: de quibus sane multa admiranda, & auditu mi-
hi incundissima differ uit. Protuli itaque Pancij ico-
nes, ut illius iudicium intelligerem. Eas autem cùm
genuinas esse affirmaret, exceptis paucis notis quas ex
ipsius admonitione corrigi iussimus, exprimi curau-
imus, & breves descriptiones in studiosorum gratiam
adiunximus.

BETRE Cap. 18. lib. 1. Aromat.

ARBORIBVS sese implicat & circumvoluit
Betre, easque scandit Hederæ modo, cui per quam si-
milia habet folia, teste Fabricio & pictura: fructum
Betre.

BETRE.



IN AROMAT. HISTORIAM NOTÆ. 7
ex foliorum exortu promit contortum ut Garcias re-
fert & pictura ostendit. Cui cùm similimus videatur
fructus à Rassio mihi ante decennium donatus, eius
etiam iconem oculis subiecimus.

ARECA Cap. 25. lib. 1. Aromat.

IN magnam altitudinem excrescit Areca arbor, ^{Areca.}
trunko equali propemodum ubiq. crassitie, qui cortice
integitur adeo leni, vt nullum ascensum præbeat, nisi
aptatis ad pedes compedibus & laqueis, aut cincto per
internalia candice vinculis quibusdam ex sparto alia-
ue materia confectis, quemadmodum Garcias in nu-
cées quendicas ferente arbore, que proximo capite descri-
bitur, refert. Huic rami deorsum non inflectuntur, sed
sursum vergunt, & incurvantur, ut procul intuenti-
bus orbem quodammodo confidere videantur: folia pe-
ditatim ramos utrimque ambiant, alioqui Palma
similia. Fructus deni aut duodenii suis innolucris vil-
losis testi dependent ex crassis et oblongis pediculis, qui
in inferiorum ramorum aliis nascentur.

Mendam in tertia annotatione eiusdem cap. sic corrigito
A. t. esset q. i. l. 4. c. 2. f. q. q. f. t. e. e. p. e. v. a, nisi posset
causam subiiceret. A. S. &c. adde ad calcem eiusdem annotationis,
Hec ille de Sultanio Cambaiae, quem pater à cunabulis vene-
no aluerat.




Coccos ferens arbor Palma modo crescit, & Coccus.
 in altum tollitur: eius tamen caudex minime ut in
 Palma scaber, sed lauis est. Eam ob causam subinde
 vinculis ligaturisque quibusdam ex sparto aut alia
 simili materia constantibus per interualla cingi solet,
 eaque vincula ferreis clavis trunco interdum adsi-
 guntur, ut firmius hereant, facilior emque ascensum
 praebeant: alioqui difficulter omnino scandi potest, nisi
 laquei pedibus aptentur. Rami ut in Palma deor-
 sum inflectuntur in arcum, dorsoque sunt elatiore,
 utrisque oris in anteriorem seu superiorem partem
 vergentibus, unde folia nascentur Palma similia. Ex
 inferiorum ramorum, qua caudici connectuntur, aliis,
 alijs enascuntur rami, qui quinas & senas proferunt
 nubes suo multiplici densoque velamine tectas.

PORRO adeo vicina interdum solent crescere
 Arece & Cacci arbores, ut earum rami mutuo se se im-
 plicant, pulcherrima umbracula praebeant ad So-
 lis radios astisque arcendos.

In his etiam commorantur plerumque simiae & cer-
 copitheci, perque ramos ex una arbore in alteram
 transcendunt, venatorum qui eas persequuntur cona-
 tus ea ratione subinde eludentes.

Mendam que eodem cap. in Historia Cacci apud Gar-
 ciām est, sic corrigito: a. f. q. i. a. f. u. c. a. p. lege: aut fasciis
 vinculisque quibusdam arbores per interualla colligantes.

Ad secundam annotationem cap. 34.lib. 1. Aromat. adde.
 παταλα verò Straboni Geograph. lib. 15. Insula est, quam
 Indus facit in duas partes diuisus, figura triangula: in qua
 urbs est insignis nomine Pattala, à qua insula nominatur.



ARBOR TRISTIS Cap. 1. lib. 2. Hist. Arom.

ET quoniam nobis multa etiam retulit de Arbores
tristi, cuius naturam, dum istic esset, summopere est
admiratus: illius ramum cum suis floribus exprimi
iussimus.

ASSVRGIT vero ea arbor interdum ad triuum Arboris tri-
hominum altitudinem, iustumque crassitatem adqui-
rit: ramos habet multis aliis concauos, & foliis myrti
foliis quam similimis onustos: in tenerioribus rami
nascuntur flores pediculis ex foliorum interna sede
prodentibus inherentes, copiosi, hoc est terti, qua-
terni, aut plures simul fere congesti, candidi, Jasmi-
ni floribus forma magnitudine que pares, foliisque mu-
cronatis, ut illi, constantes, sed pleniores multiplicique
foliorum textura, odoris fragrantissimi, & hand mul-
tum à Jasmini florium odore dissimilis noctu autem so-
lent ijs flores explicari, & oriente Sole, simulatque ab
ipsis radiis illustrari incipiunt, illico decidere, vel an-
tipathia quadam, vel præ nimia succi tenuitate, quem
solares radii absument: nam quos Sol non attingit,
diutius in arbore herere solent. Studiosè vero colli-
guntur ijs flores propter odoris fragrantiam, & vitreis
organis odoratissima ex illis aqua elicetur, que aqua
de mogli dicitur afferente Fabricio, quoniam Malac-
harica lingua arborem Mogli vocant, floresque idem Mogli.
nomen mutuati sunt.

Eius fructum obseruasse negat: quem vero adpin-
gi iussimus, sub finem anni 1579. missus est Viennensi
cuidam mercatori pro fructu arboris indicare cuius flo-
res odoratissimi noctu aperiuntur, & oriente Sole de-
cidunt: quibus votis maximè ad Arboris tristis hi-
storiam accedit.




CETERVM sub anni 1580. initum simile plantæ semen à C. V. Joachimo Camerario Viennam missum fuit, quo terra commisso, due plantæ eratæ sunt, quas Septembri florere incipientes, repentinū gelu corruptit. Ipse verò Camerarius plures plantas nactus est, que flores quidem protulerunt, minimè tamen ad frugem peruererunt, eiusdem gelu iniuria. Intellexit autem, si semen plenam maturitatem consequatur, autumno excidere, & sese plurimum propagare. Idem de huīus plantæ floribus siccis natuum colorē retinētibus, & pictura ad viuum expressa liberaliter donauit.

PRIMVM è terra emergit ocymi, quod cereale nonnulli cognominant, aut Circeæ Lutetiana fere modo, deinde caulem promit cubitalem, aut ampliorē, pollicari crassitudine, succulentum, firmum, ex viridi purpurascētē, frequenter uti Balsamina femina geniculatum, & in ramos frequentes diuisum: folia in singulis geniculis bina ex aduerso semper nascentia, Siliquastrī fere vel Circeæ Lutetianæ foliis admodum similia, succi plena, circa basim ampla, & per extērnum mucronata, que gustata, foliorum siliquastrī grauem odorem, & tandem etiam acrimoniam propemodum referunt: flores in ramulorum alis singuli, oblongi, concavi, floribus Tabaci fere similes, nequaquam tamen in mucronatos angulos ut illi desinentes, verū in obtusos quemadmodum conuolvi flores, Tabaci floribus etiam ampliores, elegan-tissima interdum purpura nitentes, interdum flavi aut pallentes, nonnunquam etiam candidi, & plerunque binis coloribus in eodem flore elucescentibus, vel purpureo medium floris partem occupante, vel virgatim totum florem intercursante, vel tenuissimè

Iastini Mexicani histo-
ria.

14 IASMINVM MEXICANVM.



per eum asperso, odoris suanis, staminulis plurib. cum
stilo paulo longiore è medio flore emergentibus, caduci
admodum, & subito præsertim sub meridiem sese con-
trahentes florū conuoluoli modo: calyculis flores am-
pleteas in quinque mucronatas lacinias sunt diuisi,
virides, & quasi membranei, in quibus unicum semen
sua membrana sine pericarpio inclusum, quod ubi ma-
turiuit fuscum est, angulosum, tuberculisque quibus-
dam insignitum, & veluti corona exigua ornatum su-
periore parte, bacca myrti ferè magnitudine: radix,
tametsi annua duntaxat, satis crassa, intus alba, foris
nigricans, & fibris aliquot predata, guæsi nomibil
aci, cui admixta sit superficialis quadam dulcedo. Pl-
lud etiam in hac planta obseruatione dignum, quod
cùm contabescit, integri articuli decidunt, & circa
genicula interdum candida quedam efflorescentia
enascatur, qua temporis successu concreta, salis sapo-
rem refert: cuius nota idem Camerarius candide ad-
monuit.

Peregrina & perelegans est hac planta, nec ante
annum 1580. mihi conspecta. Eius semen Camerarius
ex Italia accepit Iasmini Indici sine Mexicanu
nomine: bacca Myrti ferè magnitudine, nulla mem-
brana sine pericarpio inclusum; & spore ubi maturue-
rit, vel levissima agitatione excidens. verum cùm ni-
hil Iasmīni præter odoris suanitatem, ad quam non-
nihil accedit, habeat, non video qua ratione commode
hac appellatione insigniri queat. In Belgio, ubi etiam
feliciter apud nonnullos rei herbarie studioſos cùm hoc
anno tum superiore crenit, Solanum odoriferum ve-
catum est: Hispani Marauillas del Peru, id est ad-
mirabilem peruanā appellarunt propter tam insignem
in eadē interdum planta florū varietatem: tametsi
quas plu-

Iasmīni
Indicum, vel
Mexicanum.

Solanum •
odoriferum.
Marauillas
del Peru.

quas plurimas hoc anno in Hieronymi Scholiers sub-
urbano (vnde unam exemptam delineari iussi, cuius
h̄ic iconē proponimus) Antuerpiæ, & Nobilis matro-
na C. V. Hopere I. C. vidua horto Colonia confexi,
singula stirpes vel omnino rubros, vel è rubro & palli-
do simul permixtis coloribus distinctos protulerunt.

At quas postea hoc eodem anno 1581. circiter Cal.
Octobr. in Ill^{mi}. Principis Wilhelmi Landgraviij Has-
sie &c. amplissimo & cultissimo horto Cassellis vidi,
mira varietate colores mutare deprehēdi. Nam licet
vnica planta centenos aut plures flores uno die inter-
dum proferret, ne unus quidem (prater eos qui aut
toti purpurei, aut pallidi erant) alteri similis erat: sed
omnes colorum (tametsi purpureo & pallido constan-
tium) varia mixtura inter se differebant: cum non-
nunquam purpura medium quasi florem scaret, non-
nunquam alterni, modo purpurei, modo pallidi radij
totum distinguerent, aut interdum magnis, modo ex-
quis purpurantibus maculis vario situ et mixtura to-
ti flores aspergerentur. Altero die (nam, ut diximus,
caduci admodum sunt, & quodammodo ephemeri,
imò plerumque à meridie, præsertim per astus, contra-
huntur & flacescunt) non minor in floribus recens
enatis conspicitur varietas, & tamen si quis cum pri-
die decerpit, & inter chartas repositis conferat, colo-
rum situs ab iis discrepare animaduertet. Tertio itidē
die & subsequentibus similiter: ut insignis ista muta-
tio magnopere me commoueret, & in summam admira-
rationem raperet.

Hachal indi. Illud autem mirum, ex eodem semine insignem isto-
rum florum varietatem prouenire. Peruanos Hachal
indi crassa & in palato formata pronuntiatione no-
minare intelligo.

SED quandoquidem in Indicarum arboreum narrationem incidimus, silentio minime prementia: duxi miraculo verè dignam eam arborem, de qua idem Fabricius apud me verba fecit.

IN magnam altitudinem unico trunco cōque admodum crasso assurgere solet: ramos deinde in omnia circum latera expandit, qui tenues quasdam fibras siue filamenta (qualia in Cuscuta vulgo nuncupata conspicimus) coloris, dum recentia sunt, cerei siue aurei demittunt. Iis, ubi terram attigerint, firmantur, non uānque quasi prolem generant: etenim magnam crassitatem paulatim adquirunt, & veluti in nonos arborum caudices transirent, qui nonos rursus summa sui parte in latera ramos spargentes, nouis denso fibris deorsum missis sese propagant. Sic alij deinceps rami in infinitum, ut interdum unica arbor suis propaginibus integrum ferre miliare Italicum in ambitu occupet, sitq; difficile, que primaria sit arbor siue omnium istarum prolixi parens diuidare, preterquam ex trunci amplitudine, que nonnunquam in matre tanta est, ut trium virorum uel misx apprehendi queat. Verū non modo inferiores rami similes fibras spargunt, sed etiam in arbore summi: ideoque unica arbor densissimam filiam efficit. Sub eas autem arbores aditum sibi paraturi incola, fibras iam in trunco conuersas, tenuiores scilicet, excindere solent, atque ea ratione veluti concamerationes & umbracula facere arcendi caloris gratia: adeo enim densis ramulis reliqui maiores rami luxuriat, ut solis radig nulla ratione penetrare queat: immo concavi istarum fornicum multiplicesque sinus scandunt inaequaliter inde resultantem aeram: que causa est ut Echo multis in locis ter atq; etiam sapientias humanas voces reddat. Videl vero, qui mischi refe-

Ficus Indica
historia.



rebat,

rebat, interdum octingentos aut mille viros, quo in numero ipse fuisset, unius huiuscemodi arboris umbra tegi: atque affirmabat terna etiam hominum milia sub tali arbore latere posse. Folia fert in nouellis ramis mali cotonii foliis similia, superne viridia, inferne candicantia, & lanugine, ut illa, pubescentia, que mirum in modum ab Elephantis expetuntur, ideoque in eorum pabulum cedere solent. Fructus extremi pollicis articuli magnitudine, sicutibus exiguis similis, colore foris et intus sanguineo, granisque, ut vulgares ficus, plenus, dulcis quidem & edulis, verum saporis minus grati quam illæ: nascitur autem inter folia, quemadmodum vulgares ficus, hoc est in nouellis ramis, qua parte folia illis inharent.

Pronenit in insula Goa, locisque vicinis.

DISPICIENDVM superest an Veteribus cognita non fuerit hac arbor, eiusque historia literarum monumentis tradita: quandoquidem illam Indiae partem Alexandri Macedonis victoriae Europeis etiam hominibus aperuerunt.

Q. CURTIUS lib. 9. Hist. rerum ab Alexandro gestarum, refert, Alexandrum Poro rege, & Hydaspe amne superato, ad interiora Indie processisse. Silvas autem fuisse prope in immensum spatium diffusas, procerisque & in eximiam altitudinem editis arboribus umbras: plerosque ramos instar ingentitem stipitum flexos in humum, rursus quæ se curvauerant erigi, adeo ut species esset non rami resurgentis, sed arboris ex sua radice generata.

PLINIUS verò lib. 12. naturalis Hist. cap. 5. de Indicis arboribus agens, in hac verba scribit.

Ficus ibi exilia poma habet. Ipsa se semper serens, va- Ficus Indica
stis diffunditur ramis: quorum imi adeo in terram in- Plinij.
cruantur, ut annuo spatio infigantur, nouamque pro-

paginem faciant circa parecitem in orbem quodam opere topiario. Intra sepe eam astinunt pastores, opacam pariter & munitam vallo arboris, decora specie subiori intuenti, proculve, fornicate ambitu. Superiores eius rami in excelsum emicant siluosa multitudine, vasto matris corpore, ut sexaginta pedes plerique orbe colligant, umbra vero bina stadia operiant. Foliorum latitudo pelta effigiem Macedonice [qua à Xenophonte hederæ folio comparatur] habet: ex causa fructum integens, crescere prohibet: rarisque est, nec fabæ magnitudinem excedens: sed per folia solibus coctus præ dulci sapore, dignus miraculo arboris: gignitur circa Acesmum maxime annos.

Meminit & lib. 7. cap. 2. Hac [inquit] facit ubertas soli, temperies celi, aquarum abundantia (si libeat credere) ut sub una fici turme condantur equitum.

STRABO item Geograph. lib. 5. similem etiam arborem describit, tametsi nullo nomine insigniat, his verbis.

Indica arbor
admirabilis.

India multas quidem admirabiles arbores fert, è quibus est, cuius rami ad terram propendent, foliis non minoribus clypeo. One scriptus curiosus ea persequens quæ sunt in Musicana terra India australissima, refert arbores quasdam ingentes esse, quarum rami cum ad duodenos cubitos creuerint, reliquum incrementum primum faciant, desflexi quoque terram contingant, deinde terram subeant, ac radices agant veluti traduces, mox rursum in trunco excent, a quo postquam aucti fuerint, in eodem modo siccantur, & aliam propaginem efficiant, rursumque aliam: & sic deinceps, ut ab una arbore longum umbaculum fiat, tabernaculo multis columnis nitenti simile.

Ex quibus descriptionibus facile cuius colligere licet, eam arborem de qua nobis institutus est sermo, illos au-

illos autores intelligere voluisse.

SED diligentius pressusque Theophrastus, qui Alexandri coetaneus fuit, quicunque haud dubie eorum narrationes curiose exceptit, qui sub Alexandro in Indiae expeditione militarunt. Is enim similis plane modo, paucis duntaxat notis variantibus, Ficum Indicanam scribit, qualis illa arbor est, cuius historiam ex Fabritio narratione dedimus.

Plantarum igitur historia lib. 4. cap. 5. sic est. India autem regia arborem sicum vocatam fortitur, qua è ramis radices demutis singulis annis, ut primo volumine retrahimus: demittit autem non ex iuueniis, sed ex arrantibus atque etiam vetustioribus. Ille se terra coniungentes, cum sepe circum arborem faciunt, ita ut veluti pabenaculum condatur, quo etiam morari homines solet. Radices autem nascentes evidenter à ramis discernuntur. sicut enim cunctiores, hinc, [scilicet] tortuosaeq., binaque fronde foliatae [sic etiam.] Item arbos coniam supernam lasciviam gerunt, [exinde tunc rursum nondum] totaque fornicate ambitu pulchre orbiculatur, & magnitudine vebementer excellit: quippe umbrabino studio facere fertur: & crassitudine caudicis, plerasque ultra quam sexaginta graduum [enquadr. pedis vestigiorum] orbem colligere, magna vero ex parte quadrageinta. Folium pelta non minus habet, [potius ad similitudinem] fructum admodum paruum, magnitudine ciceris, sicut similem: quamobrem Graci sicum eam arborem appellabant. Paucos vero admodum fructus fert, non tantum pro arboris magnitudine, sed etiam omnibus rebus. Nascitur arbor hec circa Acesinam annum. hactenus Theophrastus.

Ficus indica
Theophrasti

Cop. 12.

CVM itaque tam multis notis Ficus Indica à veteri-

ribus descripta, cum admirande huini arboris in India
nascentis (cuius nomen vulgare sibi excidisse serio dolet
Fabricius) historia conueniat, eo audacius illi *Ficus In-*
dica nomen indidi, praesertim cum illam ipsam esse certò
michi persuadeam.

GARCIA M autem illius nullam mentionem facere
inter tot exoticas arbores locis Goana insulae vicinis na-
scentes, quarum descriptiones in *Aromatum* historia
aspersit, satis mirari nequeo.

Nos porro iconem ex Fabritij narratione, quam con-
cinne ex ipsis etiam iudicio fieri potuit, adumbrare ius-
tissimus in studiosorum rei herbarie gratiam.

CETERVM cum hac arbore cognitionem habere
videtur, quam Osiiedus Indica historia lib. 9. describit
his verbis Latinè ex Italico expressis.

MANGLE arbor est inter eas qua in occidentali
India vulgo nascentur selectissima, cum ad edificiorum
fabricas, tum ad reliqua fabrilia opera. Crescit vligi-
nosiis locis, littore maris, & ripis fluminum torrentium-
que qui in mare dilabuntur: folia habet pyri maioribus
foliis similia, crassiora tamen, & aliquantum longiora:
siliquas duorum palmorum longitudinis aut maiores,
crassasq; Cassiae solutiua fructu pares, fuscæ coloris, pul-
pam medulla ossium similem continentes, qua Indi alio-
rum eduliorum penuria vescuntur: etenim satis amara
est, salubrem tamen cibum esse ferunt. Ego eius nihilomi-
nis esu in morbum incidi, licet adeo delicati palati non
sim, nec ab iis cibis abstinere in penuria soleam, quibus
alios vesci video: imo etiam nulla urgente penuria degu-
stare soleo, ut commodius describere queam: eaque ra-
tione hunc fructum degustavi, sed brutorum animan-
tium & silvestrium hominum potius cibus est.

Admiranda est eius natura, plurime enim simul
crescent,

Mangle hi-
storia.

crescunt, multine eius rami deorsum vergere & in radices conuerti videntur: nam preter plurimos quos erectos foliisque onustos atque ab inuicem seiuictos ut reliqua arbores habet, multis etiam alis cum crassioribus tum tenuioribus aphyllis sese ad aquam usque demittentibus, & sub terra aut arena radices rigentibus praedita est, qui ubi apprehenderint, alios ramos sursum vergentes proferunt: non enim minus firmiter heret quam primarius arboris truncus, sic ut arbor multis caudicibus simul connexis constare videatur, egregio sane spectaculo, & singulari huius arboris natura.

B 4

CARO-

CAROLI CLVSII

ATREBatis DESCRIPTIO-

NES PER EGRINARVM NON-
nullarum Stirpium, & aliarum exotica-
rum rerum.



ARBOR FARINIFERA.



THE nostras in Garciam notis miracu-
lo digna arbor finit: sic earum Stir-
pium, quas hi, qui Generosum FRAN-
CISCVM DRAKE comitati sunt,
obseruarunt, descriptiones, ab arbore,
cuius natura admiratione non caret,
auspicabimur.

Arboris fati-
niferae histo-
ria. IN Tarenate ergo insula, Äquatori proxima ad
Ärcticum polum vergente nascitur arborea quedam
planta, cuius truncus humane coxa crassitatem aquat, de-
cem pedum altitudinem attingit, summo fastigio in or-
biculatum caput brassica capitata & insular extuberans, in
cuius medistilio Natura quandam candidam farinam
produxit ad illius insule homines tenuioris fortuna sus-
tentandos: eam etenim diligenter colligunt, deinde ad-
fusa, sive inspersa potius medica aqua fermentant, pin-
sunt, & in formulas quasdam coctili latere constan-
tes immittunt longa serie, atque prunis accensis cir-
cumquaque admoris & superetiam impositis coquunt.
Sunt vero iij panes sive placenta interdum palma-
res, vnciali crassitie, quibus illius insule incole cali-
dis & recenter coddis vescuntur: at ubi induruerunt
tepidia aqua mucerantes pultis modo edunt. Inspidi

ARBOR



B 5

saporis

26 CAR. CLVS. PEREG. STIRP. DES.
saporis esse, cum degustarem, hic panis mihi visus est:
verum iniecto piperis aut cinamoni momento cum sac-
charo, nonnullis delicia esse queat.

Eiusmodi panis bina fragmenta qualia nostri Mor-
gani opera accepi, hac tabella exprimi curauimus.

CANCRI GRAMEN DEPASCENTES.

ANTE quam in superiorem insulam peruenirent, ad
aliam quandam desertam, & multis altissimis arbori-
bus constitam, aquationis gratia, & virium corporis fa-
me afflitti resciendarum causa appulerunt. In ea quum
densas silvas ingressi essent, plurimos maiores cancros
tum praegrandes cammaros inuenerunt gramen depa-
scentes, & in arborum vento disiectarum canis, aut sub
ipsis arboribus latitantes, quibus coctis & elixis famem,
eos per multos dies prementem, audiē explerunt. Eos
autem prater aliorum cancerorum morem in seco per-
petuo versari existimat: nam cum multos, dum in ea ins-
ula haerent, aliquoties ad mare detulissent, atque in
aquam abiessent, subito effugere & ad pascua regredi
obseruarunt.

Canceri ter-
restres.


Cancrotum
insula.

Beretini fru-
ctu historiæ.

Sita est ea insula sub ipsa aequinoctiali linea, inter Ia-
nuam maiorem & Moluccas, nomine quidem illis igno-
ta, sed quam à cancerorum istic maxima copia reperto-
rum nomine Cancerorum insulam nuncuparunt.

FRVCTVS BERETINVS.

IN eadem insula celsissimas inuenerunt arbores quer-
cu maiores, foliis laurini, crassis, splendentibus, & mi-
nime in ambitu serratis, que oblongiusculum fructum
ferunt, exiguis lignis glandibus similem, nullo tamen
calyce, ut ipsi referunt, inclusum, cortice tenui cinereo,
interdum atro, tectum, nucleum continentem oblongius-
culum, candidum, nullo (dum induruit) manifesto sa-
pore pra-



pore præditum, tenui membrana tectum.

SIMILIBVS arboribus abundat Beretina insula illi vicina, ad quam postea delati sunt: à cuius incolis illarum arborum fructum, quem prius non attigerant, edulem esse didicerunt. Eo deinde more leguminum elixio, aut in farinam contuso, & pultis modo cocto & inspissato, alterius cibi penuria cum in ea insula, tum in naui famem sublenarunt. Eam arborem etiam alunt omnes Moluccæ insula.

Eum porro fructum, cuius iconem hac tabella exprimimus, cum C. V. Dn. Richardus Garth Cancellariae Londinenis Primicerius, vir insigni pietate & doctrina præditus, atque humanissimus, & optimè de me meritus, tum noster Morganus, mihi liberaliter communicarunt.

EORVNDEM munere librum arboris habui te-
nuissima membrana instar candidum, quo omnis generis
scriptura perinde atque vulgari papyro excipi queat.
Papyrus ex Iaua.
Eum in

Eum in Java insula aliarum mercium permutatione
Drake comites acceperant.

CACAO.

Cacao.

CELEBREM etiam per uniuersam Americā mul-
tique usus fructum, Peruane provincie littora legentes,
secum detulerant Cacao appellatum, cuius cum lucu-
lenta descriptio apud Benzonem exest, qui miles aliquot
annis noui orbis provincias peragranit, ipsius verba,
ut ab Urbano Calmetone Latina facta sunt, hic subii-
cere libuit.

Pomum Ni-
caraguæ.

IN Nicaragua noni orbis provincia pomi quoddam
genus peculiare est, neque Hispaniola, neque ulli alteri
Indie parti concessum. Pyri nostri specie ferme est, ligno
interiore rotundo, nucis crassitudine, & dimidio am-
plius, optimi & iucundissimi savoris: arbor procula, exi-
guis foliis vestitur.

Paradisus
Mahumetis.

Hispani: cum primū eam provinciam subegerunt,
propter uberrimam omnium rerum ibi repartam co-
piam, eam Paradisum Mahumetis nanciparunt. Duo
inter cetera fert hec tellus nulli præterea Indie regioni
concessa, excepta Guatimala, Hondurensis provincia
& Mexici finibus, totòq. noua Hispania tractu. Vnum
Pauorum quoddam genus est, qui in Europam translati
vulgo gallina Indica vocantur. Alterum, id quod Ca-
cauæ vulgo vocant, quod monet & usum illis præber.

Cacao hi-
storia.

Id fert arbor modice magnitudinis, nec nisi calido lo-
co & opaco viuit. Simulac sole tactum est, contabescit:
itaque sere in silvis umbroso & humido loco seritur: ne-
que id satis, sed iuxta eius generis arborem aliara editio-
re plantant: que simulac adolescere coepit, eius racumen
ita coccinante aptantque, ut adulta ea arbor Cacaueam
innumeret, defendatque ita ab astu, ut Solis radiis ledi
non pos-

non possit. Fructus amygdalarum specimen referens, siliquis quibusdam, velut cucurbitis, includitur, crassitudine & latitudine cucumeris, annuo spatio maturescit. Maturas eas ubi legere, excussum folliculis fructum super storeis expassum ad sollem exponunt, donec humorem exsudauerit.

C A C A O .



Potū ex eo conjecturi, in testa fictili ad focum exsiccant: mox lapidibus, quibus pinsitur panis, contusum & como- litum, fusumque in pateras (que cucurbita specie ē certis arboribus per omnem Judiam enascuntur) paulatim aqua temperant, atque interdum paululo pipere, quali vulgo utuntur, condiant, eoque in potu utuntur. Porcorum ea verius collusives quam hominum potio. Quum eam prouincian peragrarem, plusquam integrum annum ab tali lora abhorri: sed quia mihi vini copia non esset, ne semper aquā bibere cogerer, alios imitari didici.

Ea calia

30 CAR. CLVS. PEREG. STIRP. DES.

Ea cælia sapore aliquantum amaro, satiat & refrigerat corpus, minimè tamen inebriat. hec precipua & carissima merx earum regionū est: neque quidquam aliud Indi maiore in pretio habent, ubi quidem in usu est. Hæc tenus Benz.

Amygdala planè similis est hic fructus suo putamine exempta, membrana tectus tenui, nigra, nucleo, qui in binas aut ternas partes dividatur, subfuscus & cinereis venis distincto, adstringentis & ingratis gustus: quare non mirum est, si qui primum degustant à potionē ex eo confecta abhorreant, ego profecto puram aquam longe prætulerim. Eam tamen claris hominibus propinan, ut nos aromatites vinum solemus, referentibus us qui pauculos fructus retulerunt, ē quibus binos habui:



WINTERANVS CORTEX.

VVinterani
corticis hi-
storia.

WILHELMVS Winterus qui Generofsum FRANCISCVM DRAKE ad Magellanicum usque fre-
tum comitatus est, nec ulterius progressus, nam cui
præerat in Angliam anno 1579. rediuit, collectum istiē
corticem retulit, viliori Canella tum substantia, tum co-
lore non admodum dissimilem, plerumque tamen crassio-
rem, & parte externa vel cinereū, vel aliquando etiam
fuscum, & ulmei corticis modo scabrum, interna non
nunquam dissectum & multis rimulis hiantem ut tiliæ
cortex, interdum etiam admodum solidum & durum,
odore non ingrato, sed gustu per quam acris, & linguam
faucesque non leuius urente quam piper.

ILLIVS facultates nullas exploratas habuit: sed eo,
dum recens esset, partim melle condito, ut acrimoniam
deponeret, partim ressecato & in pollinem trito, ut in
edulii canelle aliorumque aromatum vicem praberet,
vsi sunt quia ea nani rebabantur. Postea tamen intel-

WINT



lexi ad-

lexi aduersus stomachacis sine scorbuti morbum, quo eorum nonnulli in illa navigatione affecti fuerant, optimo successu usos esse.

PLVRIMVM mihi accedere videtur ad Ligni aromatici corticem, cuius D. Monardes in Simplicium historia menunit, tametsi singularem illam odoris fragrantiam, quam suo cortici tribuit, in hoc deprehendere non potuerim.

DRAKENA RADIX.


Drakena
dicitur latro-
nia.

SEM VNCIALI plerunque crassitudine praelongata que hec radix est, subinde in nodos & inaequalia capita extuberans, & in summis capitibus, veluti ex crassis squamulis contexta, Dentaria enneaphylli (quam in Pannonicis describo) modo, foris nigricans, & rugosa duraque cum ressecata est, intus alba: fibris tenuibus sphaeris nascientibus pradita, interdum maiusculis fractisque contumacibus, ex quibus alijs nodi dependent: nullo manifesto odore pollere deprehendi: sed gustu non nihil adstringente & linguam exsiccantem initio esse videtur, deinde diutius permanens, tenuem suauemque acrimoniam in ore relinquit.

MAGNA M. affinitatem habere videtur cum Radice S. Helene, de qua D. Monardes in lib. Simplicium est novo orbe delatorum. Sed cum M. Eliot qui Dn. Drake comes fuit, Hispanos in Peru maximo in pretio habere, nec pretio redimi posse referat, ab iisque didicisse folia praesens venenum esse, ipsam autem non modo illius, sed reliquorum etiam venenorum antidotum esse, atque cordiales facultates roborare, si pollinis modo trita, manu ex paucillo vino albo hauriatur; ex aqua vero febris ardores mitigare: Earum facultatum ratione, valde conueniret cum Radicibus venenis aduersantibus, de quibus

PEREGRIN. STIRP. DESCRIPT. 33

DRAKENA RADIX.



C

quibus

quibus eodem libro Monardes: in his tamen aromaticum saporem & caloris gradum desidero quem iis radicibus tribuit.

I P S E Drake sanè, cùm mihi eas quas hic exprimo, cum Peruano lapide Bezar donaret, summa esse estimatiois apud Peruanos asserebat.

VARII FRVCTVS PEREGRINI.

DONATI mihi sunt ab amicis, cùm Londini essem anno 1581. peregrini aliquot fructus.

I. HORVM major ex eo genere est, quod in Annotatiuncula ad caput 26. lib. I. Historia Aromatum secundo loco descripsi; sed longè amplior, utpote qui ternas uncias longitudine supereret, crassitie unam, altitudine duas fere aequet, alioqui forma & colore eidem planè similis: nempe crasso cortice seu putamine constans, inferiore parte sessili, rugoso, scabrovoe & cinereo, superna autem & gibba, leui, subrufo, vel potius spadiceo, ita ut animalculum duro corio tectum videatur: pregnans est, & nucleum intus continet duas uncias longum, unam latum, geminum, extima parte simul coherentem, tenui cinereaque membrana tectum, materie firma ut amygdale aut castanea recentes, subfuscata, pinguis, & oleaginosa, odore satis incundo predata, & gustu non ingratu.




Eum accepit Lusitanus quidam mercator Petrus de Balsamifru- Fries nuncupatus a provincia Peru Prorege, pro fructu illius arboris in novo orbe nascentis, ex qua Balsamum elicitur, cum ipso Balsami oleo. Verum si D. Monardes descriptioni credendum est, longè minor est Balsami fructus. Consule finem capituli 8. ipsius Hist. Simplic. ex novo orbe delatorum, quam pridem Latinam fecimus.

II. ALTER nucis inglandis fere magnitudine est, extima parte latiusculus, totus rugosus, atque ut nucis in-

B A L S A -

PEREGRIN. STIRP. DESCRIPT. 35

BALSAMI FRVCTVS.



C 2

glandis

glandis putamen inaequalis, niger, sed magna ex parte
veluti crusta quadam durissima & cinerea tectus: leuis
est & minime ponderosus, tametsi admodum solidus sit,
& saxe duritie præditus, nec minus in aqua subficit
quam lapis: contractus, crasso durissimoque cortice con-
stare deprehenditur, & nucleus candidum, succulen-
tum, grati saporis, iucundique odoris, oleum fere macis
referentis continere, in duas partes sectum & tenui can-
didaque membrana diuisum, alia insuper paullo crassiore
firmioraque inclusum.

Eiusmodi ante plurimos annos Antuerpia inter aro-
mata inuentos memini.


III. MAGNAM similitudinem habet Tertius cum Pri-
ma nuce in Adnotationibus ad 26. cap. 1. lib. Hist.
Aromatum descripta, sed paulo minor est, angulosus,
niger, crassioribus quibusdam firmisque villis ipsi in-
cumbentibus & firmiter inherentibus obseptus, altera
parte tribus foraminum vestigiis insignitus, quorum
tertium maiusculum est & infra spectat: preduro puta-
mine constat & pregnans est, nam concussum crepitat &
sonitum edit.

IV. QVARTVS nucis auellane magnitudine, & eius-
dem colore, putamine duro, veluti in duas partes diuiso,
nucleum intius continens.

Similes aliquando Granatae in Hispaniis accepi ab
Ill. Dn. Didaco ab Stuniga, recens ex Aphrica (el
peñon de Velez arce ab Hispanis occupata) delatos, nu-
cleum continentibus album, dulcem: quas ad Vnguentaria
nucis genus aliquod referendas existimabam.

V. QVINTVS, duntaxat nucleus est suo putamine si-
ue cortice exemptus, firmus, tenui membrana fusca &
multis venis distincta, firmiterque ipsi nucleo inherente
tectus: ipsa materies firma est, candida, pulpa nucis in-
dica sive

VARI FRVCTVS.



dice sine Cocco similis, nullo quidem odore prædita, sed satis grato sapore. Calidum in primo gradu, aut secundum initio arbitror.

VII. *SEXTVS*, orbiculari fere rotunditate & tanquam torno elaboratus est, ouo passerino minor, flavidus omni ex parte, nisi in altera extremitate subfuscus macula insignitus esset, solidus, lapidea aque duritie, & in aqua subcidens.

Priores quinque à Iacobo Gareto iuniore Aromatario, viro integerrimo accepi: Sextum ab humanissimo doctissimique viro Dn. Ioanne Ritzio Ser^{ta} Regine Anglie Eliz. ab etha pharmacopœa, qui multis beneficiis dum Londini esset me affectus. Eum verò à C. V. Nicolao Raffio accepisse fatebatur.

AT postquam Viennam redij, inter multos exoticos fructus, quos, ut alia pleraque rariora, suis capsis inclusos adseruo: alios inueni quos à nemine adhuc descriptos existimo. Rem itaque minime ingratam studiosis me futurum arbitratus sum, si illorum breues descriptiones, atque icones superioribus adiicerem.


PRIOR, Alteri iam memorato non admodum dissimilis est, sed minor, & ponticam nucem non excedens (tametsi iuglandi fere aequales videre meminerim) lanis, splendens, cinerei coloris, & saxea duritie præditus, licet in aquam demersus supernatur, inæqualis aliquantulum, & compressus, ut pisa qua in eadem siliqua natu sese mutuò contigerunt.

ALTER ovalis, judaico lapidi magnitudine par, & eius formam exceptis striis pulcherrime exprimens, ex rufo nigricantis coloris est, ut maiores nonnulla galla, lencis, & aque impositus supernatans, duro putamine constans, ac nucleum continens.


TERTIVS illo minor, & mediocrem nucem anella-

nam

.I.




.II.




.III.




.III.



.VI.




.VII.







.VIII.



.IX.



.X.



.XI.

nam non excedens, orbicularis fere, nisi insima parte
paulo angustior in triangularem veluti cuspide des-
neret, colore alteri similis est, & tamet si leuis, in aqua
subsidens & imum petens, duro crassoque putamine con-
stat, & nucleum candidum tenui fusca membrana te-
tum continet.

Utrumque hunc anno humane salutis 1579. Londi-
ni natus sum a nostro H. Morgano, qui ex ea Nigrita-
rum in Africâ regione que vulgo Guinea appellatur,
& circiter quinque gradus ab equatore distat, eo-
dem anno delatos afferebat: eam ob causam initio subse-
quentis anni, maiorem unum, & minores duos, quorum
alter suo putamine exemptus erat, terra in fictili credid:
sed neuter natus est, quemadmodum nec sequentium
nonnulli, quos cum in Belgio, tum hic terra commisi.

Q V A R T O spherica pene est figura, magnitudo fe-
re uncialis, putamen crassum admodum & durum, per-
petuis tuberculis undique obsitum; coloris flavescentis,
linea eminentiore transuersum secante, quam, ut in in-
glandibus, putaminum coniunctionem & commissuram
esse arbitror.

Q V I N T O plane spherica est forma, magnitudo
vulgaris globuli bombardici, putamen eiusdem cum su-
periore coloris, & perpetuis similiter tuberculis, at non
adeo crassis obsitum, nullaque linea cinctum.

S E X T U S , officinarum Nuce vomica maior est, pla-
nus idem atque similis coloris, nempe cinereus, superna
parte paulo eminentior, & in ambitu quodammodo si-
nuosus, insima vero, quinque grana inter se disuncta, &
veluti ipsi impressa ostendens, mespilorum setaniorum
officulis non valde absimilia, qua exempta, satis alta la-
cunarum vestigia relinquunt. Totus lignea duritie
preditus est.

SEPTIMI forma etiam plana est, sed à superiore discrepans, rugosa & nonnullis locis intumescens, color ex cinereo nigricans, qualis in nonnullis Cajous fructibus, quorum iconem & historiam libro Aromatum cap. de Anacardio dedi. Is per medium sectus nulla grana, sed splendentem quendam nigrumque succum iam concretum & induratum duntaxat continere deprehendiatur: itaque inter fructus potius virtus, quam inter fructus numerandum censeo.

Hos omnes cum Acacia vera siliqujs & seminib; parnis quibusdam conchylis, & alijs quisquiliis in Piperis repurgatione & delectu aliquando inuentos memini. Sequentes vero olim nono orbe delatos ex Hispanis accepimus.

OCTAVVM, Pinæ alicuius generis nucleos esse existimo, adeò nostratis pinea nucis sive strobili nucleos referunt, licet plerumq. nostris sint & longiores & crassiores: durum similiter pertamen & idem color.

IN NONO quedam est varietas: nam alter altero maior & amplior est, licet color & forma propemodum eadem. Planus est & oblongusculus, altera parte latior, altera angustior, glaber & lassis, torus fuscus aut interdum spadicei coloris, nisi linea quedam candicans, qua parte suo fructui adhesit (nam altero inclusus fuisse videtur) varium faceret: pragnans est, & sonitus edit.

Hi duo pepitas del Peru, id est, acinorum Peruanorum nomine insignes missi fuere.

DECIMVS Cassia solutina, aut Ceratiorum semen magnitudine aquat, cui etiam forma persimilis est, sed timidior aliquantum, & colore differens, qui in hoc egregie rubet ut in Oxyacanthe fructu, solidus & durus, atque in aqua subsidens & imum petens: siliqua aut alio fructu inclusum fuisse arbitror.

Eum no-

Eum nomine Mates accepi.

POSTREMVM locum occupabit Phasolus ille co-
lore Macounæ simili, hoc est, ex spadiceo nigricante, sed
planiore longioréque forma, hilo non admodum magno,
cuius ad Epistolam Petri de Osma Nicolao Monardes
inscriptam, postrrema editione memini, quique Diuo
Maximiliano 11. felicissima memoria Cesari ex Hi-
spaniis missus fuit Haba de India muy larga, id est,
Fabe Indice prælongæ nomine. Aqua mersus immu-
petit.

ANTHEMIA

FINIS. TABACUS EXODÆ

PLANTINAS. AUCHI AVA

CLO. ANNA. CLO. TYPICRATIAS

MENS. 1552. CI

ANTVERPIAE
EXCVDEBAT CHRISTOPHO-
RVS PLANTINVS, ARCHI-
TYPOGRAPHVS, ANNO CIO.
IO. LXXXII. MENSE FEB.

Index simplic. descript. in
his Cacoli Clavig notis
in Tarcis aromatum Historiam.

A.

Arboe farinifera. 28.
Arboe tristis. 12.

Arca. 2.

B.

Ballum fructus. 38.
Ballum fructus. 37.
Ballum fructus. 6.

C.

Caro. 29.
Canariensis d. gal-
ericata. 26.
Canna. 10.
Castille Quintoniana. 31.

D.

Drachis radix. 33.

f.

farinifera arboe. 28.
farinifera. 8.
fructus indicus. 18.
fructus barbinus. 27.
fructus barij. 37.

ff. Contesse

E.

Galphindi. 28.

J.

Jasminum neglectum. 15

M.

Mangli. 22.

Marmilla. l pde. 15.

Megli. 11.

N.

Mug indica. 9.

P.

Papaveris Tomas. 27.

Pomum Micrapia. 23.

R.

Rubrum odoratum. 15.

S.

Tristis arboe. 12.

T.

Quintoniana cort. g. 31.

ibid.

Index Medicamentorum
descriptus in lib. Ignesti Chist. de Costa

N.

- Aloc. 11.
Aubra. 77.
Avardia. 43.
Ananas. 70.
Aurula. 57.
Avicula. 39.
Aloe. tristis. 69.
Aure. 30. 38.
Aster. 40.
Austora. 40.
Autiqui. 39.
Avellana. indica. 34.

25.

- Sanguis. 50.
Scler. 23.
Succar. 38.

C.

- Caju. 44.
Calopus. 36.
Cannabis. 13.
Canella. 12.
Canje. 31.
Capitula. 14.
Carumbola. 73.

- Carupoli. 73.
Caryopis. 32.
Cathartes solitaria. 43.
Cayre. 38.
Charamis. 88.
Charami. 35.
China. 47.
Corcul. Nalidin. 38.
Comalamba. 37.
Copra. 38.
Corn. 29.
Crocodeli. 17.
Crocodus. 40.
Curcum. 48.

D.

- Dante. 16.
Datura. 77.
Dayaku. 63.
Druo. 65.

E.

- Elephas. 17.
Eleni. 37.

F.

- Fulas. 36.
China. indica. 67.

- G.**
Galanga. 48.
Gutim. 40.
G.
G. las. 40.
Typha maluana. 86.
Typha minima. 85.
Typha lina. 81.
J
Jacar. 20. 64.
Jaca. 37.
Tamborina. 78.
Tambor. 74.
Tangomae. 76.
Togue. 26.
S.
Sassa. 45.
S. annoudou. 44.
S. stinula marina. 86.
S. zigzag columbinum. 53.
S. zigzag molophilus. 84.
M.
Mare. 24.
Mare. 23.
Malung indium. 75.
Mambo. 17.
M.
Mingas. 45. 64.
Manna. 18.
Moringa. 87.
Musa. 62.
Myrobalanus. 39.
N.
Nardo. 35.
Nequido. 61.
Nimbo. 63.
Nimpas. 50.
Nuganthella. 50.
O
Ola. 36.
Opium. 12.
Orraca. 36.
P.
Palma india. 35.
Panama. 84.
Pand. 30.
P. 35. 5.
Parthenocissus. 84.
Pipal. 35.
R.
Rizannah. 40.
Rhabarbarum. 46.

O
Qalba go.
Tumbacoma 226
Diquibulus 23
Sargaso 27
Liroth 48
Spica nardi 45
Sunt 36

N
Balawoli 30.
Guroba 30.

T
Tabazie 17
Tamarindus t.
Cotula 80.

S
Singibea 80.

Petrus Pintass

ABR